Sunt nōnulli. ¶ Caſus. Bonifacꝰ in hoc ca. redarguit quoſdam zelo amaritudinis inflāmatos qui nitebant monachos preſbyteros ab executione ſacerdotalis officij remouere. ⁊ ꝙ hoc facere non debeant, probat exemplo beati Benedicti ⁊ aliorū patrum qui hoc monachis nō interdixerūt. Precipit ergo vt ab huiuſmodi auſibꝰ in poſterū reprimantur. nā quanto ꝗs melior eſt, tāto in illis officijs erit aptior ⁊ habilior.

a ¶ Benedictus. arg. ꝙ omnia que nō prohibuit ſanctus Benedictus, ſunt conceſſa monachis. ſic. xxviij. q. j. iam nūc. xxx. q. iij. illud.

b ¶ Canonicꝭ. re gularibus. immo omnibus, vt videtur: ar. lxxxviij. di. ca. j. ⁊ etiā per totum. xj. q. j. te quidē. xiiij. q. iiij. ca. ij. ⁊. xv. q. ij. c. j. xxiij. q. vi. his a quibꝰ. extra de poſtu. cleri. ⁊ extra ne cleri. vel mo. multa.

¶ His omnibus.
¶ Caſus. Concludit Gra. ex ſupradictis ꝙ monachi ſacerdotalia officia poſſunt adminiſtrare ſi ad hoc eliguntur a populo de conſenſu abbatis, epō eos inſtituente. quod ꝓbat per ſequentia ca. ⁊ primum cap. ꝑ te videre potes: quia planum eſt.

Sic viue.
c ¶ Multo tēpore. i. vſꝗ ad decrepitam etatē: vt. xxxviij. diſtinc. nullus. vel multo. i. per quinquenniū: vt in proemio digeſtorum. ff. de ſepara. l. j. §. quod dictum. Uel trienniū. C. de fideic. l. j. vel ꝑ bienniū: † vt inſti. de lite ob. §. multum. argu. hic contra momētaneos magiſtros. lix. diſt. ſi officia. quia non mediocriter errat qui minꝰ bonū prefert ⁊c. vt. j. de cōſe. diſt. v. nō mediocriter. ⁊ arg. ꝙ potius ſeniores magiſtri ſunt audiendi: vt. xx. diſtin. de quibus. † argu. contra. ff. de edil. edic. precipiunt.

ij. tim. ij. a.

¶ Monachi preſbyterij honore decorati poteſtatem habēt ligādi ⁊ ſoluendi.

Sunt nōnulli nullo dogmate fulti, audaciſſimo quidem zelo magis amaritudinis ꝗ̄ dilectionis inflāmati, aſſerentes monachos ꝗ mundo mortui ſunt, et deo viuunt, ſacerdotalis officij poteñtia indignos: neꝗ penitētiā neꝗ chriſtianitatē largiri, neꝗ abſoluere poſſe ꝑ ſacerdotalis officij diuinitꝰ ſibi iniunctam poteſtatē: ſed oīno labūtur. neꝗ eñ beatꝰ Bñdictusᵃ monachorū preceptor almificus huiꝰ rei aliquo modo fuit interdictor, ſed eos ſecularium negociorū edixit exptes fore tantūmodo. qđ quidē apľicis documētis, ⁊ oīm ſanctoꝝ patrū inſtitutis: nō ſolum monachis, ſed etiam canonicisᵇ magnopere imperaꝶ. Nemo eñ militās deo, implicat ſe negocijs ſecularibus. Tantoꝝ igiꝶ patrū inſtituti exēplis (quibꝰ periculoſiſſimū eſt refragari) credimꝰ a ſacerdotibꝰ monachis ligādi ſoluēdiꝗ officium deo operāte digne adminiſtrari, ſi eos digne contigerit hoc miniſterio ſublimari. Decertātes igiꝶ monaſtici ꝓfeſſiōis pbr̄os ſacerdotalis potentie arcere officio, omni modo precipimꝰ vt ab huiuſcemodi auſibus reprimātur in poſterū: qr quāto quiſꝗ eſt celſior, tāto ⁊ illis erit potentior.

His omnibus authoritatibꝰ perſpicue monſtratur monachos poſſe penitentiam dare, baptizare, ⁊ cetera ſacerdotalia officia licite adminiſtrare. Qꝫ vero ppľi electione, epōꝝ inſtitutione, ⁊ abbatis cōſenſu poteſtatē ſuam exequi valeant: Hieronymi, Gelaſij, et Greg. authoritate ꝓbaꝶ.

Ait enim Hiero. ad Ruſtic. monachum,

¶ Digne i monaſterio viuēs per ppľi electionē ad clericatum poterit ꝓmoueri.

Sic viue in monaſterio vt clericus eſſe merearis: multoᶜ tempore diſce que poſt modū doceas: et inter bonos ſemper ſectare meliores. Qꝫ ſi populus vel epiſcopus te in clericum elegerit, age ea que clerici ſunt.

Idem ad eundem.

¶ Ad ordinē clericatꝰ ꝓmoueri monachi poſſunt.

Si clericatꝰ titillatᵇ deſiderium, diſcas qđ poſſis docere: ⁊ rationabilē deo offeras hoſtiam. ne ſis miles prius ꝗ̄ tyro: ne prius magiſter ſis ꝗ̄ diſcipulus.

¶ Non eſt humilitatisᵉ mee neꝗ menſure iudicare de ceteris, ⁊ de miniſtris eccleſiarū ſiniſtrum quippiā dicere. habeāt illi ordinē ſuū ⁊ gradum: quē ſi tenueris: quomodo tibi in eo viuēdū ſit, editꝰ ad nepotianū liber te docere poterit.

¶ Nunc monachi cunabula moreſꝗ diſcutimꝰ: ⁊ eius monachi ꝗ liberalibꝰ ſtudijs eruditus, in adoleſcentia iugum Chriſti collo ſuo īpoſuit. Primūꝗ tractādū eſt vtrū ſolꝰ an cū alijs in monaſterio viuere debeas. Mihi placet vt habeas ſanctoꝝ cōtuberniūᶠ: nec ipſe te doceas, et abſꝗ doctoreᵍ ingrediaris viā quā nunꝗ̄

Si clericatus. ¶ Caſus. Ruſticus rogauit Hiero. vt ſcriberet ſibi qualiter aliquis debeat aſcendere ad militiam clericalem: et vtrum ſit meliꝰ eſſe in eremo ꝗ̄ in monaſterio cum fratribꝰ. Scribit ergo Hierony. ſibi dicēs ſiue docens ꝙ ſi dignitatem eccleſiaſticam deſiderat, multa ipſe prius diſcat vnde poſſit alios edocē. et hoc in pma parte. In ſecūda parte dicit ꝙ non ſpectat ad ſuam paruitatem vel prelationē reprehēdere ceteros monachos. i. clericos. habent enim illi ordinem ſuum quē qualiter debeant ſeruare, liber ad nepotianū factus plene docebit. In tertia parte dicit ꝙ tutiꝰ eſt eſſe in monaſterio cum fratribus: ꝗ̄ ſolū in eremo. Secūda pars incipit ibi: Nō eſt. Tertia ibi: Nunc monachi.

d ¶ Titillat. i. delectat.

e ¶ Humilitatis. id eſt paruitatis.

f ¶ Cōtuberniū. arg. extra de ſtat. mo. monachi. ⁊. xx. queſtione vlti. ca. vlti.

f ¶ Cōtuberniū. argu. ꝙ plꝰ valet vita cōmunis ꝗ̄ vita eremitica. Unde ab eremitica vi ta licite tranſiꝶ ad monachatum: vt dixi. ſ. eo. qui vere. ſed a monachali ad eremiticam non poteſt niſi de abbatꝭ licētia fiat ratione debilitatis: vt. xx. queſtione quarta, monachum.

g ¶ Et abſꝗ doctore. Simile. xxxvij. diſtinctione relatum.

† Uide qđ leg. et not. xxiiij. q. j. cū briſimus.

† Eremita licite tranſit ad monachatum.

† Et. j. q. j. quibuſdā.

Sub. vt ꝑ decenniū. ſ. qui ⁊ q. j. ſi eum. §. ariſto.

SI quis monach⁹.§ Caſus. Querebatur a Gelaſio qualiter aliquis monachus debeat prefici eccleſie ſeculari. Et reſpondet ꝙ ſi dignus videatur ſacerdotio, debet eligi ab eo ad quē electio ſpectat, ⁊ demum preſentante abbate debet ordinari ab epiſcopo et inſtitui. Beneuen. vero ſic ponit caſum. Queſitum eſt a pelagio vtrū monachus curā populi poſſit exercere? Et reſpōdet ꝙ ſic ſi a pplo eligatur, ab epiſcopo inueſtiatur, abbate nihilominus offerente ipſum.

a Petierit. al's nō poſſet, vt.l.viij. diſt.ca.j.⁊.ij.⁊.j.e. monachi.

b Uel populi. populi nō eſt eligere, ſed teſtimoniū dare electo: vt xxiij.diſ.c.j.ſ; epūs vel archidiacon⁹, vel archipreſbyter eligit ſm ↄſuetudinē loci: vt extra de offi.dele.ſuper eo.Jo.

Sed noiare ſm h. vt dixi ſm eū. ē.e.ſic viue. Unde Goſ.dicebat h ꝙ illud vel qd ponit i textu, nō diſtīgit ſ; ↄiūgit: vt dicatur vel pro et. Archi.

Monachos.§ Caſ⁹. Queſitum fuit a Siricio pa. vtrum monachi bōe vite poſſint clericorum officijs aggregari? Et rñdet ꝙ ſic, ita vt intra ānos.xxx. a minoribus incipiētes ordinibus, in tempore a canonibus prefixo gradatim aſcendant, nec ſaltu ad epiſcopatū pmoueātur niſi legitima tēporis interſtitia fuerint cuſtodita. Tēpore, a canonibus prefixo: quare ſm tempus determinatum a iure. Dignitatibus, i. ordinibus alijs.

ingreſſus es. Itē gelaſi⁹ pa.

In loco quo abbas iudicauerit monach⁹ eligat, ⁊ ab epō ſacerdos ordinetur.

SI quis monachus fuerit qui venerabilis vite merito ſacerdotio dignus videatur, ⁊ abbas ſub cuius imperio regi Chriſto militat, illū fieri pbr̄m petierit[a]: ab epō debet eligi, ⁊ in loco quo iudicauerit ordinari: oīa que ad ſacerdotis officiū pertinent, vel populi[b] vel epī electione pulde ac iuſte acturus.

Item Siricius papa.

Tēpore maturitatis eccleſiaſticis monachi promoueantur ordinibus.

MOnachos quoq; quos morum grauitas, et vite ac fidei inſtitutio ſancta cōmendat, clericorū officijs aggregari et optamus et volumus: ita vt q intra triceſimum etatis annum ſunt digni minorib⁹, per gradus ſingulos creſcētes tēpore pmoueātur ordinib⁹: et ſic ad diaconatus vel preſbyterij inſignia mature etatis conſecratione perueniāt: nec ſaltu[c] ad epātus[d] culmen aſcendant, niſi in his eadem que in ſingulis dignitatibus, vt ſuperius[e] prefiximus, fuerint tempora cuſtodita.

Item Auguſtinus ad Eudoxium.

Eccleſiaſtica officia nec auida electiōe mōachi ſuſcipiāt, nec blādiēte deſidia reſpuāt.

UOs aūt fratres exhortamur in dn̄o vt ppoſitum veſtrū in dn̄o cuſtodiatis et vſq; ad finē vite perſeueretis: ac ſiqua opera[f] veſtra mater eccleſia deſiderauerit: nec elatione auida ſuſcipiatis[g], nec blādiente deſidia reſpuatis: ſed miti corde obtemperetis deo, cū manſuetudine portantes eū q nos regit: qui nos dirigit mites in iudicio: q docet manſuetos vias ſuas. nec ocium veſtrum neceſſitatib⁹[h] eccleſie preponatis: cui parturiēti ſi nullo boni miniſtrare vellent, quomodo naſcereminí non inueniretis.

Item Pelagi.pa. Bono. epiſcopo Sauinati.

Gelaſius quendā ruffinū monachū iubet ſacerdotē fieri, ⁊ in qdā baſilica ordinari.

IN parochia tua baſilica ſancti Laurētij que in poſſeſſione[i] filij et conſiliarij noſtri viri magnifici Theodori fundata eſt, officiū preſbyteri deeſſe cognouim⁹: ⁊ qr prefat⁹ filius noſter nobis retulit ſe inueniſſe ruffinū quēdam monachum olim ſibi vita religione et moribus comprobatum, ⁊ hunc poſtulat ibi preſbyterū conſecrari quod ſubito[k] fieri nos prorogata[l] obſeruātia nō acquieuimus: ideo dilectio tua his literis acceptis ſabbato veniēte faciat

c Nec ſaltu. i. prermiſſis ordinib⁹: vt.lij.diſt.ſollicitudo. Uel. i. nō ſeruatis interſtitijs: vt.lxxvij.diſt.in ſingulis. ſed eſt contra.lxxvij.diſt.ca.vlt. vbi dicit ꝙ monach⁹ omnes ordines intra annum poteſt recipere. ſed illud ex diſpenſatione; quod hic dicit, eſt ius commune.

d Ad epātus. vt ſi ſit preſbyter, poſt decem annos poteſt epiſcop⁹ fieri: vt.lxxvij.diſt.quicunq;.

e Superius. ē.lxxvij.diſt.c.j.ij.⁊.iij.Jo.

UOs autē.§ Caſ⁹. Quidā erāt monachi vel canonici regulares, qui qn̄ eligebant ad dignitates, reſpuebant omnino: qd dicit Auguſt. nō eſſe faciendum: ſed auide dignitates appetere non debēt, nec eas reſpuere cū neceſſe eſt: ſed miti corde obtēperare: qm̄ ſi ociū neceſſitatib⁹ eccleſie ſemper preponerent, nullus inueniret per quem renaſceret ecclia.

f Opera. arg. ꝙ ſi cleric⁹ ſit operas aliquas, illas tenet preſtare eccleſie. extra de poſtu.ca. ſi. ſed cui⁹ expenſis preſtabit eas? videtur ꝙ expenſis eccleſie: vt arg.xij.q.ij.charitatē, maxime ſi nō habet pprium de quo hic loquitur. Secus tamen eſt in liberto qui preſtabit opas ppriis ſumptib⁹ patrono ſuo, niſi paup ſit: vt.ff. de ope. libe. ſuo. hic tn̄ non loqtur de talib⁹ operibus, ſed tātum de poſtulatione vł ↄſolatione recipiēda. Item arg. ꝙ ſi alicui de eccleſia iniungitur aliqua legatio, tenetur eā recipere: vt.iij.q.j.cap.nulli.

Libertus ppriis ſumptib⁹ pſtare debz operas patrono.

Cōc. l. vnica C. de cadu. tol. ⁊.ff. et C. de ope.pu. l.ſi qn̄ ↄceſſa.

g Suſcipiatis. ſi.viij.qō.j.in ſcripturis.

Et.c. ſciēdū. ⁊.c.qui epātū. j.q.vj. ſicut ſe ſm L.

h Neceſſitatib⁹. ē.vij.q.j.ſcias.

IN parochia.§ Caſ⁹. Theodorus ↄſiliarius pape petijt a papa ruffinū monachū in pſbyterū ordinari in baſilica ſancti Laurentij: quā quōdā in ſua poſſeſſione fundauerat, et in parochia boni epī Sauinati. vn̄ papa pcipit Bono epiſcopo vt in primo ſabbato faciat eū diaconum, ⁊ in media hebdomada papa eū in pſbyterum ordinabit, vt in prefata baſilica ſacra miniſteria in paſchali feſtiuitate valeant adimpleri.

i In poſſeſſione. i. que fuit eius. ſi.xviij.q.ij.abbatē. cū eīn fundata eſt eccleſia, nullā habet ibi poteſtatem: vt.x.q.j.nouerint.

k Quod ſubito. tempore egemus vt aliquid maturius agamus.l.diſt.ponderet.

l Prorogata. i. dilata.

a ¶ Eum diaconum. Ergo ſubdiaconus erat iſte qui fuit electus ad regimen parochialis eccleſie. Subdiaconus enim ad hoc licite eligitur: vt extra de etate et qualitate, preterea. immo etiam ad epiſcopatũ: vt extra eo. titu. a multis. Item aliud notabile eſt hic, ꝙ ſi patronus preſentat epiſcopo mõachum aliquem, ꝙ tenetur epiſcop⁹ eum inſtituere. et dicunt quidam ꝙ et tũc tenetur epiſcopus eũ recipere cum ſubeſt neceſſitas vel vtilitas: vt .j. e. cũ ꝓ vtilitate. ⁊ .lv. di. priſcis. et id quod legitur extra de ſta. mo. monachi. ⁊ c. qđ dei. intelligunt ꝙ non debent prefici parochialibus eccleſijs niſi ſubſit neceſſitas vel vtilitas. Jo. Sed certe idẽ eſt de ꝗlibet alio clerico. B.

Mediana. Cũ cãtatur ſitientes.

b ¶ Mediana. ſ. lxxvij. diſ. in ſingulis. contra.

c ¶ Faciemus. ꝑ alium. quẽ eñ papa in diaconem ordinat, ãmodo non põt recedẽ ab ipa curia romana: vt j. q. j. filium.

Mona' chum a ꝑſono preſentatũ dz epũs iſti tuere.

eum diaconum[a]: ⁊ ſi deus voluerit, ⁊ vixerimus mediana[b] hebdomada preſbyterum faciemus[c]: quatenus ſuperueniente paſchali feſtiuitate ſacra miniſteria ĩ memorata baſilica a perſona cõpetenti valeant adimpleri.

Item Grego. in regiſtro.

¶ Qui de clerico monachus efficit̃: ꝑprio epõ ordinãte poterit eligi ⁊ conſecrari.

SI quem a clericatu in monaſticam[d] cõtigerit venire cõuerſationem: ſi talis vite monachus fuerit, vt epũs cui ante militauerat, eum dignum ſacerdotio preuideat: in loco quo iudicauerit eligi poterit et ordinari.

Item ex conci. Agathenſi.

¶ Sine teſtimonio abbatis ad clericatus officium monachi non eligantur.

MOnachi vagantes ad officiũ[e] clericatus (niſi eis teſtimoniũ abbas ſu⁹ dederit) nec in parochijs nec in ciuitatibus[f] ordinentur. Si enim neceſſe fuerit clericũ de monachis ordinari: cum conſenſu[g] ⁊ volũtate abbatis preſumat epiſcopus.

¶ Item ex cõci. Hilerdenſi.

¶ Cũ abbat̃ volũtate monachi ordinent̃ quos ꝓ vtilitate eccl̃ie epũs ordinare voluerit.

CUm ꝓ vtilitate[h] eccleſie aliquos monachorũ in clericat⁹ officio epũs probauerit promouẽdos: cũ abbatis[i] volũtate debẽt ordinari. Ea vero que in iure monaſterij de facultatibus offeruntur, in nullo diioceſana[k] lege ab epĩs contingantur.

Itẽ ex conci. Terraconenſi.

¶ Sine abbatis imperio ad clericatus officium monachi non eligantur.

MOnachi a monaſterio foras egredientes, ne aliquod miniſterium eccleſiaſticum[l] preſumant agere prohibemus, niſi forte cum abbatis imperio. Similiter vt nullus eorum, id eſt monachorũ: forenſis negocij ſuſceptor vel executor exiſtat, ſibi id quod monaſterij expoſcit vtilitas[m] abbate[n] ſibi nihilominus imperante.

Dic clarius mediana. i. in ſabbato qđ ꝑcedit dñicaz de paſſiõe cũ cãtat̃ ſi clerici... tũc eñ celebratur generalis ordinatio clericorũ. lxxvij. di. ꝑncipali. lxxv. di. ordinationes. ij.

SI quẽ. ¶ Caſus. Quidaz clerici fcti ſũt monachi. queſitũ eſt a Greg. vtrum de monachali ꝓpoſito poſſint eligi ad eccleſiã ſecularẽ. Et reſpondet ꝙ ſic ſi epũs cui ante militauerant, eos dignos iudicauerit.

d ¶ In monaſticam. ſ. vij. q. j. hoc nequaꝗ̃. ꝯtra. ſed ille ad penitentiam deſcendit: hic meritũ augere propoſuit. quod vbi non exprimitur, ex varietate preſumitur adminiſtrationũ relictarũ. ⁊ hoc bene diſtinguitur extra de renuncia. poſt tranſlationem.

MOnachi. ¶ Caſus. Statutũ fuit in cõcil. Agathẽſi vt monachi exeuntes de monaſterijs cauſa vagandi, nec in ciuitate nec ex̃ ad clericatus officiũ ordinent̃, niſi abbas dederit eis teſtimoniũ. Sz ſi expedierit, cum conſenſu ⁊ voluntate abbatis ab ipſo fiat.

e ¶ Ad officiũ. officiãdo eccleſiã. ſz priuatim pñt celebrare. extra de cleri. peregri. c. tue.

f ¶ Nec in ciuitatibus. Non eſt dubium quin a clericatu tranſeatur ad monachalem vitã: quia diſtrictior eſt vita monachoꝝ ꝗ̃ clericorum. Sed mirum eſt quo modo ad clericalem vitam permittitur tranſire a monachali vita, vt hic, ⁊ in precedẽti. c. et. lviij. di. c. j. et. ij. cum de magis diſtricta vita ad minus diſtrictã vitam tranſire nõ licet: vt. xcij. diſt. legimus. in fi. Rñ. ad prelaturã ideo tranſit ex diſpẽſatione, vt proſit: ⁊ tunc votum non frãgit, qꝛ iſtud in melius cõmutat̃. melior eſt eñ publica vtilitas ꝗ̃ priuata. ſ. e. vos aũt. ꝗ autẽ ſic tranſit vt preſit, peccat mortaliter. votũ eñ frangit.

Monach⁹ ad clericalẽ vitaz trãſire ꝑmittit̃.

g ¶ Cõſenſu. hoc eſt. ſ. lviij. di. ca. j. et. ij. Joan.

CUm pro vtilitate. ¶ Caſus. Duo epĩ contra iuſtitiã faciebant. nam ſine cõſenſu abbatũ monachos ordiabãt, et a monaſterijs tertiã vel quartã decimarũ ⁊ cathedraticũ exigebãt: et ideo reprehẽdũtur in concilio Hilerdeñ. ⁊ prohibet conciliũ ne decetero talia fiant.

h ¶ Pro vtilitate. Uel pro neceſſitate. ſ. c. proxi. et. lv. diſt. priſcis. ſed. ſ. eo. ca. in parochia indiſtincte loquit̃.

i ¶ Cũ abbatis. Videt̃ ergo ꝙ epiſcopus inuito abbate nõ poſſit monachũ pficere eccleſie alicui, vel facere ipſum clericũ ſuum: vt hic, et. ſ. ca. pxi. ⁊ .lviij. diſ. c. j. ⁊ .ij. Sed cõtra ſ. e. qui vere. ⁊ .ſ. qõne. vij. cum paſtoris.

Sed epĩ etiã ſoli⁹ ſine abbate vbi eſt vtilitas monaſterij vt in. c. h alleg. vere. ſz nõ ſine mãdato epĩ vel abbat̃ ꝑz Innocent. et ho. qui ita not. ex. đ re iud. cũ J. ⁊ A.

k ¶ Dioceſana. i. nec tertiam nec quartam dabunt epiſcopo. ſz de hoc notatum eſt. x. queſtione. j. in ſumma.

MOnachi. ¶ Caſus. Duo prohibentur in hoc cap. Primum eſt ne monachi ſine abbatis imperio eccleſiaſticum aſſumant officium. Secundum eſt vt non ſint aduocati vel iudices vel procuratores, niſi pro vtilitate monaſterij, ⁊ abbate imperante.

l ¶ Eccleſiaſticum, officiando eccleſiã. ſed priuatim poſſunt celebrare.

m ¶ Utilitas. ergo licet aliquid bonũ ⁊ vtile ſit, nõ tamen eſt agẽdũ niſi eo modo quo fieri debet, vt. xj. q. iij. quid ergo. xij. q. ij. quatuor. ⁊ .j. de cõſe. diſt. v. non oportet. ⁊ .ff. de re milita. l. iij. §. in bello.

n ¶ Abbate. Poteſt ergo monachus eſſe procurator eccleſie ſue de licentia ſui abbatis, et etiam aliorum. ſ. eo. qui vere. ⁊ .lxxxvj. diſtinc. peruenit. ⁊ dixi. ſ. eo. de preſentium. videtur etiam ꝙ ſine mandato: vt. C. de ꝓcu. exigendi. ſicut miles procurat cauſam ſui numeri: qui alias non poteſt eſſe procurator: vt. ff. de procurato. filiuſfamilias. Sed hec ratio non habet hic locum: quia monachus nec cauere poteſt de rato: nec pſtare

Monach⁹ põt eſſe ꝓcurator.

cautionem iudicatū ſolui: ad que tenetur procurator qui ſine mandato interuenit. ſi tamen geſſit vtiliter, et eccleſia habet ratum: non propter hoc poteſt irritari quod factum eſt: vt. C. de procura. non eo minus. arg. contra. xcvj. diſtin. bene. in fine.

b ¶ Malus choraula. Qui incipit cantum in choro/ vel qui choreas ducit.
c ¶ Bonum. Jd eſt perfectum. † ſunt tamen monachi meliores. i. perfectiores clericis. ⁊ ſic non obſtat contra. xvij. diſtin. quantumlibet.

Legi. ¶ Caſus. Donatus et frater eius monachi erant in parochia Auguſtini: q̄ cōtra voluntatem eius egreſſi de monaſterio / reuerſi ſunt in regionem ſuā: vbi p̄ſidebat Aurelianus ep̄s: a quo petierūt ad clericale officiū ꝓmoueri: aſſerētes ſe de volūtate Auguſtini veniſſe, vt potiꝰ eſſent vtiles ſuis q̄ʒ alienis. ſʒ Aurelianꝰ de hoc dubitans, conſuluit Auguſtinum ſi de volūtate eiꝰ receſſerunt: ⁊ an velit vt ꝓmoueātur ad ordinē vel prelationē clericalez. Nunc Auguſt. reſcribit ei dicens ꝙ eo renuente receſſerunt/ ⁊ dicit ꝙ ꝓmoueri nō debēt. Et hoc ꝓbat quatuor rōnibus. Prima eſt ꝓpter malū exemplū: qꝛ ſi iſti fugitiui ordinarētur/ putabūt alij facilius ſe promoueri ſi eodem modo fugiāt. Secunda eſt: qꝛ iniuria fit ordini clericorum ſi tales eligantur/ cū de monaſterijs n̄ ſoleāt eligi vel aſſumi ad clerum niſi meliores et ꝓbatiores. Tertia ratio eſt: qꝛ laici nos deridebunt dicentes ꝙ malꝰ monachus, bonꝰ clericus eſt. Quarta eſt: qꝛ bonus monachus vix bonum clericū facit. Ubi autem rōnes incipiūt/ facile per te videbis.

Item Aug. ad Aurelianū.

¶ Ad clericatus militiam nō eligantur deſertores monaſteriorum.

Legi ep̄ſtam benignitatis tue de Donato et fratre eiꝰ: ⁊ q̄d reſpōderē diu fluctuaui: ſed tn̄ etiā atq; etiā cogitāti q̄d ſit vtile ſaluti eoꝝ quibꝰ nutriēdis in xp̄o ſeruiuimꝰ: nihil aliud mihi occurrere potuit, niſi non eſſe viam dandā ſeruis dn̄i vt ſe faciliꝰ putēt eligi ad aliquid melius ſi facti fuerint deteriores[a] etenim ipſis facilior lapſus, et ordini clericoꝝ fit indigniſſima iniuria, ſi deſertores monaſterioꝝ ad militiā clericatus eligātur: cū ex his qui in monaſterio ꝑmanēt, nō tn̄ niſi probatiores atq; meliores in clerum aſſumere ſoleamus: niſi forte (ſicut vulgares dicunt) malus choraula[b], bonꝰ ſymphoniacus eſt: ita ipſi vulgares de nobis iocabunt dicentes: malꝰ monachus, bonus clericus eſt. Nimis dolēdum eſt ſi ad tam ruinoſam ſuperbiā monachos ſuberigimus et tam graui cōtumelia clericos dignos putamus, in quorū numero ſumꝰ: cū aliquando bonus etiā monachus vix bonū[c] clericū faciat, ſi adſit ei ſufficiens cōtinentia: ⁊ tamen deſit iſtructio[d] neceſſaria, aut perſone regularis itegritas. Sed de iſtis credo ꝙ arbitrata ſit beatitudo tua ꝙ noſtra voluntate (vt ſuis potius corregionalibus vtiles eſſent) de monaſterio receſſiſſent: ſʒ falſum eſt. ſponte abierunt: ſponte deſeruerunt nobis quantum potuimus pro eorum ſalute renitentibus.

His autē oībus authoritatibus monſtrat ꝙ monachi qui ſunt a poplo electi, et ab ipſis ep̄is cum cōſenſu ſui abbatis ſunt ordinati: legitime ptātez ſuaʒ exequi valēt. Jllud vero Gregorij[e]: Nemo poteſt obſequijs eccl'iaſtic; deſeruire ⁊c̄. de illis intelligēdū eſt q̄ in numero cardinaliū vel ep̄oꝝ ordinati, monaſterij ſui diſpēſationē ſibi reſeruare ꝯtēdunt. Unde idē Greg. ſcribit Mariano ep̄o Rauenna.

¶ Pro abbatis vel monachi promotione nullo modo grauentur monaſteria.

Nec p cuiuſlibet monachi aut abbatis ꝓmotione onus fortaſſe aliqd̄ monaſteria ſuſtineant, ſtudendū eſt nobis vt ſi quiſpiam monachorum ex quocūq; monaſterio ad clericatus officium vel ſacrum[f] ordinem acceſſerit[g]: non ibi aliquam vlterius habeat poteſtatem.

Idem Maximiano Syracuſano epiſcopo.

¶ Qui eccleſijs quoquo modo militāt, abbates monaſteriorum eſſe non poſſunt.

d ¶ Inſtructio. ſufficit monacho ꝙ tantū bonus ſit lʒ ſit illiteratꝰ vel irregular; : q̄ duo nocent clerico promouendo. lv. diſt. ca. j. ⁊. xxxvj. diſti. illiteratos.

¶ His autem omnibus. ¶ Hec eſt tertia pars queſtionis in qua probat quod dicitur ꝙ nullus debʒ tenere locum in monaſterijs ⁊ i eccleſijs ſecularibꝰ. Joan. de fan.

¶ Caſus. Concludit Gratianus ex ſupradictis capit. dicens ꝙ ſi monachi a populo eligātur, ab epiſcopis cum conſenſu abbatis poſſunt ad militiam eccleſiaſticam ordinari. Sed quia Gregorius videtur dicere contrarium: vt. ꝫ. e. q. nemo. ideo dicit illud ca. intelligi de illis qui ordinati in numero epiſcopoꝝ vel cardinaliū inſimul eccleſiaſticam militiam et monaſteriorū diſpenſationem ſibi reſeruare contendunt: qd̄ fieri non debet: vt probatur per duo ſequentia ca.

e ¶ Illud ꝟo Gregorij. vt. ꝫ. e. ca. ij.

Ne pro cuiuſlibet. ¶ Caſus. In archiep̄atu rauēne cū monachi vel abbates ad eccleſiaſticū offi̅m ꝓmouerent, in monaſterijs ptātē ſibi reſeruare volebāt. precipit ergo Grego. Mariano ep̄o Rauennati ne hoc decetero fieri patiatur.

a ¶ Deteriores. Nam nemo ex delicto ſuo facit cōditionem ſuam meliorē. ſic. xij. diſtin. nos cōſuetudinem. ff. de dona. iter vir. et vxorem. l. iij. §. j. ⁊. ff. quod vi aut clam. ſeruius. ſic extra de ſimo. ſicut in fine. et extra de ſenten. excom. ſi vere. Et econuerſo ex merito non debet quis cōſequi penam. extra de fideiuſ. peruenit. extra de dona. inter vir. ⁊ vxo. et ſi neceſſe.

f ¶ Sacrum. Jd eſt epiſcopatum. ‡
g ¶ Acceſſerit. Bene dicit acceſſerit: ſcʒ cum effectu. non enim deſinit eſſe prioris eccleſie prelatus niſi habeat corporalem poſſeſſionem ſecunde: vt. j. xxj. q̄ōe. ij. ſi quis iam. et extra de elect. cum in cunctis. ſed de hoc dicitur. xcij. diſt. ſi qui epiſcopi. Joan.

† Scʒ q̄ ad inſtructionem ⁊ integritatē regularis pſone: vt mōſtr: alſ ſūt monachi ⁊c. vt ſe quitur. Lau. iij. ps.

‡ de hoc xvij. q. j. i ſum ma.

**P**Reſbyteros,diaconos ceteroſqꝫ cuiuſlibet ordinis q̄ eccleſijs quoquo modo militant,abbates [a] per monaſteria eſſe nō permittas: ſꝫ aut amiſſa [b] clericatus militia monaſticis non promoueantur ordinib⁹:aut ſi abbatis loco permanere decreuerit,clericatus nullaten⁹ permittant habere militiā. Satis em̄ incōgruū eſt ſi cū vnū ex his pre ſui magnitudine diligēter q̄s non poſſit explere,ad vtrūqꝫ [c] videat idone⁹. Hoc vel generaliter vel ſpeciali priuilegio dictuꝫ pōt intelligi:ſicut et de quodā monaſterio in regiſtro Greg. legitur hoc modo.

**De quodā xenodochio cuius abbas ad epiſcopatum eligi prohibetur.**

**H**Inc eſt etiā ꝙ xenodochiū ſeu monaſterium qđ in eodē Frācoꝝ regno cōſtitutū eſt:q2 per ambitiones ⁊ cōtentiones quorūdā nō canonice tractabatur,a peruerſitate malorum liberare cupiēs precepit vt ſine regali ꝓuiſione ⁊ monachoꝝ electione nullus ibi abbas aliqua vnqꝫ ſubreptiōe introduceretur. Precepit etiā vt eiuſdē monaſterij abbas nunqꝫ [d] ad epatū eligeret:ne forte occaſione epatus abbatia aliquid detrimenti [e] pateretur.qđ priuilegium ita eſt illius eccleſie,vt comunem legē regib⁹ vel abbatib⁹ omnino dare non poſſit. Non em̄ quod vni ſigillatim [f] cōceditur:ſtatim omnibus conuenit. Superiori authoritate non

Preſbyteros. ¶ Caſus. In epatu ſyracuſano quidam volebant dignitatem eccleſiaſticā gubernare,in monaſterijs eſſe abbates,vel ecōuerſo.q̄re precipit Greg. Maximiano epo vt hoc fieri nō permittat. nam cū vnū officiū ꝓpter ſui magnitudinē aliquis diligenter non poſſit adimplere,incongruū eſt vt videatur ad vtrūqꝫ idoneus ⁊ bonus.

Clerici ſeculares nō eligunt ad platuras regulares,

a ¶ Abbates. ſꝫ quomodo poterāt clerici ſeclares eligi in abbates,cuꝫ hoc ſit ꝓhibitum: vt extra de elec.cū cauſam.⁊ melius e.tit.cum in magiſtrum.⁊ e.ti.cū ad noſtrā? Reſpō.nō eliguntur,ſed poſtulātur. ſic.lxi.diſtin.Oſius.ſꝫ forte cum prius erāt monachi,fuerunt aſſumpti ad parochiales eccleſias,⁊ poſtmodū cū electi eſſent in abbates,volebant retinere ecclias priores. † et ex hoc videtur eſſe melior cōditio monachorum q̄ clericorū ſi monachi licite eligunt ad ſeculares prelaturas:⁊ clerici non poſſunt eligi ad monachorū prelaturas:cum ſit arg.ij.q.vij. ſicut.j.xxviij.q.j.oēs. Sed quero rationē illius diuerſitatis. Si dicas ideo quia clericus non eſt peritus in regula monachali:eadeꝫ ratione nec monachus poteſt eligi in epm ſi nō eſt peritus in regula clericali: vt.ſ.ca.ſic viue.⁊ ca.ſeq.qđ cōcedo. Sed quid ſi clericus ſit peritus in regula monachali,nunquid tūc pōt eligi in abbatē,cum ratio cōſtitutionis ceſſet in eo: vt.lxj.diſt.§.his omnibus.ver.ſed ſciendum? Dico ꝙ non:q2 licet ſciat regulā:non tamen ꝓbatus eſt in ea:⁊ graue eſt inexpertos ⁊c̄. vt.xix.q.iij.monaſterijs.quia nec ipſe eſt ꝓbat⁹ in habitu:nec ipſe ꝓbauit habitū:in q̄ maxima vis ordinis conſiſtit.

† Scilꝫ parochiales in quib⁹ erāt intitulati: et hanc electurā habebāt. i.e. §.ſuperiori ꝑꝫ Z.

b ¶ Amiſſa.ergo delinquēti dat electio.ſic ex̄ de iur. pa. † eā te.arg.ꝯtra.ff.de pe.he.ſi rē ⁊ preciū.

† al's ꝺ eta.et quali,

c ¶ Ad vtrūqꝫ.ſimi.lxx.diſt.ſanctoꝝ.⁊.C.de aſſeſſo.l. vlt.ſ.lxxxix.diſt.ſingula.

¶ Hoc vel generaliter. ¶ Caſ⁹. Dictū eſt.ſ.ꝙ abbas elect⁹ in ſecularē ꝓlatū nō debet ipſe abbas remanere:vel etiā aliq̄s elect⁹ ſecularis prelat⁹ in abbatē non permittit habere militiā clericalē. Nūc v̄o dicit ꝙ hoc pōt intelligi generalr̄ de oib⁹,vel ſpecialr̄ de q̄buſdā. qđ ꝓbat per ſeq.ca. Sed predictū ꝓximū ca.intelligit quādo ſimul volebāt habere vtrūqꝫ,ſꝫ ad alterū poterit eligi. vnde videt mihi ſine preiudicio melioris intellect⁹ ꝙ Gra.male cōtinuauerit. B.

Hinc eſt etiā. ¶ Caſus. Beneuē.ſic ponit hunc caſum. De quodaꝫ monaſterio Frācie abbates in epos eligi conſueuerant:de quoruꝫ electione monaſteriū grauabatur:⁊ poſtea per ſeditiones ⁊ ambitiones abbates nō canonice ſubſtituebant. Dedit ergo Gre. ſpeciale priuilegiū ⁊ regi Fran coꝝ,⁊ ipſi monaſterio. Regi vt deberet electioni abbatis intereſſe,ne aliqua ſeditio oriretur. Monaſterio,ne decetero abbas inde ad epatum eligeretur. Quod priuilegiuꝫ ita eſt ſpeciale illius regis ⁊ illius monaſterij,vt ad cōſequentiam aliorum trahi non debeat.

d ¶ Nūqꝫ.ſꝫ nōne poti⁹ eſt oppro- briū q̄ priuilegiū ꝙ abbas in epm eligi ꝓhibet? Rn̄deo:in hoc eſt priuilegiū ꝙ eccleſia nō cogit † dare abbatem ſi eligit in epiſcopum.

Abbas in epm quandoqꝫ nō eligit.

† .i.non pōt cogi ꝑ aliquē aliū a papa.

e ¶ Detrimenti. ſolēt em̄ abbates electi in epos diſpgere res ecclie ſue cum ſe receſſuros ſperāt,q2 nō parcit ꝓpris regimen breue. argu. ff. de exer. l.j. circa pn. de pe.diſt.iij.inter hec hircum.

f ¶ Sigillatim. arg.ꝙ priuilegiuꝫ conceſſum vni non extendit ad alios. ſ.c.di.contra morem. vij. q.j. petiſti.tamen ius vni conceſſum extenditur ad alios.ſ.diſt.v.ad eius vero. Item quod primatibus cōceditur,videtur cōceſſum ⁊ illis qui ſubſunt eis: vt.C.de aduo.diuer.iudi.l.reſtituēde. Itē licet perſonalia iura nō extēdant ad alios,tamē quādoqꝫ poſſunt ꝯcedi alijs.nā minor cedit alijs beneficiū reſtitutionis: vt.ff.e.l.ꝙ ſi minor.in prin.licet ſit arg.cōtra.vt.ff.de admini.tu.licet ex pluribus.⁊.ff. de reg.iur.l.in omnibus.

Priuilegium vni⁹ ad alteruꝫ nō extēditur,

¶ Superiori. ¶ Caſ⁹. Grat. hic aliter interpretatur illud ca.preſbyteros.q̄ in ſuperiori §.et melius. Diuiditur ergo iſte §.in tres partes. In pma parte dr̄ ꝙ ꝑ iſtud ca.preſbyteros ⁊ diacones,nō prohibētur abbates fieri ſacerdotes,cū beat⁹ Benedict⁹ preceperit abbates dare benedictionē ſuis fratrib⁹,qđ officium non eſt niſi ſacerdotū:⁊ euangeliū legere,quod eſt ſacerdotum officiū.ſed prohibent tales fieri ſacerdotes ⁊ diaconi qui in clericali militia cogunt iugiter permanere retinendo abbatias,vel ecōuerſo. In ſcđa parte reſpōdet quibuſdam obiectionibus ſupradictis in quib⁹ dicitur ꝙ officium monachi non eſt docere,ſed plāgere,et ꝙ ſine concilio preſbyterorum eis nil agere licet,⁊ ſimilia.⁊ dicit non eſſe ita intelligendum vt monachis non liceat docere,quia ſm̄ hoc negaremus Gregoriū et beatum Martinum et alios multos habuiſſe officiū predicandi.ſed ſic ſunt ſupradicte obiectiones intelligende,vt ex eo ꝙ quis monachus eſt,non doceat ſed ſua et aliorum peccata plangat.et ex eo ꝙ ad clericatum eligitur,officium habeat docendi. In tertia parte ponit aliam ſolutionē,dicens ꝙ omnia ſupradicta ca. que prohibent monachis officia clericorum exercere, loquuntur de quibuſdam monachis laicis.et ad hoc probandum inducit authoritatem. Hierony, et le-

gem ſequentē. Secūda pars incipit: Item illud. Tertia ibi: Monachos vero.
¶ Superiori authoritate. ſ. pbr̄os.
a ¶ Abbates. id eſt ſacerdotes nō prohibentur fieri abbates.
b ¶ Niſi ſacerdotū. vt. xxv. diſ. perlectis.
c ¶ Lectionē. hoc melius intelligūt illi qui nouerūt regulā btī Bn̄dicti.
d ¶ Fieri. ſupple abbates.
e ¶ Teſtatur. ꝫ. eo. de monachis.
f ¶ Ex eo. ſic aliḋ facit quis in eo ꝙ homo, ⁊ aliḋ in eo ꝙ pctōꝛ: vt. xxiij. q. iiij. duo iſta.
g ¶ Monachos. alia ſolutio.
Generaliter. ¶ Caſus. In hac. l. ponunꝛ q̄nq̧ gn̄a perſonaꝝ, ſcꝫ epi, pbr̄i, diaconi, ſubdiaconi, et monachi licet non ſint clerici: quib⁹ omnib⁹ Leo imperator concedit priuilegiuꝫ vt donec ſacroſanctis eccleſijs ⁊ oipotēti deo ſeruiunt, ſint imunes ab omni tutela ⁊ cura cuiuſcūq̧ generis ⁊ cuiuſcunq̧ perſone. Si vero diuagantes officijs non interſint, iſtam non habeāt immunitatē: qḋ precipit obſeruari: nō ſolū in Romana ciuitate ſed etiā in Cōſtātinopolitana ⁊ in omni terra in qua nomē Chriſti colitur.
h ¶ Monachos. Epis ⁊ monachis interdicit cura et tutela: vt. lxxxviij. diſ. eps. ⁊ .ꝫ. eo. de preſentiū. et. c. monachi a monaſterio. niſi forte miſerabilium perſonarum: vt. lxxxvj. di. ca. vlt. alij vero clerici ſponte poſſunt ſuſcipere: vt. lxxxvj. diſt. peruenit. Eſt ergo priuilegiū clerici ꝙ non tenetur recipere tutelā alicuius: cū tamē velit ⁊ poſſit ſuccedere ab inteſtato, quod eſt contra legem illaꝫ inſti. de le. pa. tu. §. q: pleruq̧. ⁊ .ꝫ. lxxxvj. diſtin. peruenit. vbi habes de hac materia.
i ¶ Nō diuagantes ar. ☨ ꝙ ſcholares in ſcholis non debēt pcipere ſtipēdis: vt. xij. q. ij. conceſſo.
i ¶ Nō diuagātes. arg. cauſa ceſſante ceſſat pūilegium. lxxxiiij. diſt. quiſquis. extra de cle. non reſi. quia nonnulli. extra de deci. ſuggeſtuꝫ. C. de reſt. mi. l. vl. inſtit. de excu. tut. §. itē hi qui. reipublice eīn̄ cauſa abſēs excuſatur a tutela ſed ſi ante fuit tutor, ſimilr̄ refutat onus tutele. ff. de iudi. l. ij. §. eleganter. in fi. ff. pro ſocio. l. actione. §. itē vnde ſi aliqḋ pūilegiū datū eſt religioſis, ceſſante religione ceſſat pūilegium: vt. xxv. q. ij. c. vlt. ⁊ extra de verbo. ſigni. abbate. in fi.
¶ Nouarū et Caſus. In ſuperiori l. datū eſt priuilegiū clericis vt a tutela et a cura ſint imunes. nūc oſtendit Gra. ꝙ ⁊ aliud priuilegiū habēt, ſcꝫ ne collationes ⁊ ſordida munera pſtare cogāꝛ. ⁊ ad hoc probādum inducit ꝯſtātini. l. cuius caſ⁹ ptꝫ. ⁊ etiā legem honorij.
k ¶ Sordidorū. vt calcis coquēde: arene fodiende.
l ¶ Mancipia veſtra. ſimiliter vxores: vt. C. de epiſc. et cle. l. ij. ⁊ eorum colōi: vt. lxxxix. di.

prohibētur abbates[a] ſacerdotes fieri: cum beatus Benedictus iubeat abbatē fratribus egredientibus ⁊ regredientibus benedictionē dare: quod nō niſi ſacerdotum[b] eſt. lectionem[c] quoq̧ euangelij ſimiliter abbati ad legendū tribuit quam ſubſequēti oratione legere ſimiliter ſacerdotalis officij eſt. ſed tales ſacerdotes vel diaconos fieri[d] prohibet, q̄ in eccleſiaſtica militia cogātur iugiter permanere. Item illud Hieronymi ☨ ad riparium ⁊ deſideriū. Monach⁹ non doctoris, ſed plangentis habet officium. Et ad Heliodoꝝ. Alia cauſa eſt monachi, alia clerici. Et ad Ruſti.

☨ aduerſus Uigilātiū ad riparū preſbyteꝝ.

Sine conſilio prebyterorum monachis nihil agere licet: nō ita generaliter intelligendum eſt, vt nulli monachorum liceat docendi officium aſſumere. ne beatum Greg. aut Augu. Anglorum epiſcopū beatū quoq̧ Martinū, innumeros etiam quos de monachica cōuerſatione ad ſummum ſacerdotij gradum ſcriptura teſtatur[e] eſſe promotos, cogamur negare officium docendi habuiſſe, aut in die conſecrationis ſue aſſeramus eos a priori propoſito diſceſſiſſe: qḋ (vt Innocētius teſtaꝛ) nulli facere lꝫ. Voluit ergo Hieronym⁹ diſtinguere inter perſonā monachi ⁊ clerici: oſtendens q̄d cuiq̧ ex proprio officio conueniat.

Aliud enim cōuenit cuiq̧ ex eo[f] ꝙ monachus eſt: aliud ex eo ꝙ clericus eſt. Ex eo ꝙ monachus eſt, ſua ⁊ aliorum peccata deflendi habet officium: ex eo ꝙ clericus, docēdi ⁊ paſcendi populum.

Epi et monachi non pn̄t eſſe tutores

Monachos[g] vero vſq̧ ad tēpus Euſebij, zozimi ⁊ Siricij monachos ſimpliciter et non clericos fuiſſe eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria. Idem etiam Hieronym⁹ refert monachos ſcythie conueniſſe in vnum vt ſacerdotem ſibi inuenirent qui eis miſſarum ſolennia celebraret.

Item Leo Auguſtus.

¶ Omnes clerici vel monachi tutele immunitatem habere debent.

Generaliter ſancim⁹ omnes viros reuerendiſſimos epiſcopos, necnon preſbyteros ſeu diaconos et ſubdiaconos, ⁊ precipue monachos[h] (licet nō ſint clerici) immunitatē ipſo iure omnis habere tutele, ſiue teſtamētarie, ſiue legitime, ſiue datiue: ⁊ nō ſolū tutele eſſe eos expertes, ſed etiam cure non ſolum pupillorum et adultorū, ſed etiā furioſi, ⁊ muti ⁊ ſurdi, ⁊ aliarū perſonarum quibus tutores vel curatores a veteribus legibus dantur. Eos tamē clericos et monachos huiuſmodi habere beneficium ſancimus, qui ad ſacroſanctas eccleſias vel monaſteria permanent, nō diuagātes[i], neq̧ circa miniſteria diuina deſides cum propter hoc ipſum beneficium eis indulgem⁹, vt alijs omnib⁹ derelictis, dei omnipotentis inhereant miniſterijs: et hoc non ſolum in veteri Roma, vel in hac regia ciuitate: ſed in omni terra vbicūq̧ Chriſtianorum colitur nomē obtinere ſancimus.

☨ hoc arg. nō colligit ex hac lra cuꝫ hic loquꝛ de abſentibus ex inhoneſta cā. ⁊ hic no. verbuꝫ diuagātes. ar. ꝫ. e. monachi vagantes. ar.

Nouarum etiam collationū et ſordidorum[k] munerum immunitatem acceperunt. Unde Cōſtantinus cunctis ſcribit clericis.

Iuxta ſanctionem quam dudū meruiſſe perhibemini: fundos, ⁊ mācipia[l] veſtra nullus

indicatum. ⁊ eorum familia: vt. xij. q. ij. eccleſiarum.
a ¶ Nouis. x. q. iij. vnio. et cap. quia cognouimus. extra de cen. cum apoſtolus.
b ¶ Collationib⁹. extraordinarijs vel ſuperindictis: vt. ſ. l. pri. ſoluāt tamen tributū: vt. xj. q. j. ſi tributum xxiij. q. viij. tributū. ⁊ C. de epiſ. ⁊ cleri. de his. ſ; nouas collatiões nō poſſūt laici ab eis petere ppt aliquas neceſſitates, vt h̄ dicitur, ⁊ extra de immu. ec. non minus. ſed ep̄s tēpore neceſſitatis cu; charitate aliquid moderate pōt ab eis peter̄: vt extra de cen. cu; apl's. non ergo tenet lex que dicit q̄ clerici tenētur ad inſtructionem murorū: al's itinerū: vt. C. de ſa. ſan. ec. ad inſtructionem.

¶ Placet ¶ Caſ⁹. Prefectus pretorio queſiuit ab imperatore Honorio a quibus muneribus eccleſie eſſent immunes: ⁊ rn̄det q̄ a ſordidis muneribus ſunt immunes oīno. ⁊ ſi honeſta ſint: nil extraordinariū vel de nouo eis imponatur: ſed tm̄ ↄſueta ſoluant tributa, ⁊ debitas pēſiões, ⁊ niſi cū imperator cauſa neceſſitatis per puinciā tranſitū fecerit. ⁊ ſi q̄s contra hoc fecerit poſt debite vltionis acrimoniam q̄ ↄtra ſacrilegos de promit, deportet. Preſcribere. i. ſtatuere: ⁊ in ſcriptis redigere. Tranſlationis. i. transferendorū agror. i. vt transferat dominium in rebus eccleſiarum. Signetur. i. aſſignetur. Poſt acrimoniā. i. penā extraordinariam vel excōmunicationem. Erga. i. contra.

nouis[a] collationibus[b] obligabit: ſed vacatiõe gaudebitis.

Item imperato. Honori⁹ et Theodoſi⁹. Placet rationabilis concilij tenore perpenſo diſtricta moderatiõe perſcribere a quibus ſpecialiter neceſſitatibus eccleſie vrbiū ſingular habeantur immunes. Prima quippe illius vſurpationis contumelia depellenda eſt, ne predia vſibus celeſtium[c] ſecretorum dedicata, ſordidorum munerū fece vexentur: nihil extraordinariū[d] ab hinc ſuperindictum ve flagitetur: nulla ſolicitudo trāſlationis[e] ſignetur: poſtremo nihil preter canonicam illationem, niſi quam ſi aduentitie neceſſitatis[f] ſarcina repētina popoſcerit, eius functionibus aſcribatur. Si quis cōtrauenerit: poſt debite vltionis acrimoniam[g] que erga ſacrilegos iuri promenda eſt, exilio perpetue deportatiõis mulctetur.

Hoc idem datur intelligi[h] de verbis beati Syluestri: q̄ obedientiam minorum erga maiores aſſignans ait[i]. Abbas oſtiario, monachus abbati ſit ſubditus. ſupra in tractatu ordinandorum.

Oſtendit ergo Hiero. q̄ ſimpliciter monachis nihil liceat agere ſine cōſilio preſbyterorum. Nec officium docendi ſibi aſſumere liceat ſine authoritate clericor, niſi forte diuina gratia intus ↄmoniti: ſicut beat⁹ Greg. refert in dialogo de btō Bñdicto: q̄ hoïes mōtis Caſſini ad fidē adduxit: ⁊ arā apollinis que erat ibi erecta, ſubuertit: ⁊ de quodā eqtio cui angelus in ſomnis apparuit, ⁊ eū ad predicandum miſit: qui cum de vitio lingue cōquereretur, angelus phlebotomo linguā eius tetigit, ⁊ totū illud vitium curauit. Qz vero Hiero. ſeipſum talib⁹ cōnumerat[k], tale eſt quale illud apl'i ad Philippenſes. Quicunqz impfecti ſum⁹, hoc ſentiamus. ſeipſum imperfectis connumerans. Hinc idē Hiero. alibi ait[l]: Natus in paupere domo ⁊ tugurio ruſticano. et. j. Nos ſuffarcinati auro. ſe famelicum faſtidientib⁹ mella, pauperem diuitibus connumerans: ſupra vbi agitur de clericis qui propria relinquere nolunt. c. gloria epi.

Ecce ſufficienter monſtratū eſt q̄ monachis p̄ſbyterij honore decoratis, a populo electis, ab epiſcopo inſtitutis eadem liceant que ⁊ alijs ſacerdotibus. probatur hoc etiam ex ſimilitudine cōſecrationis non em̄ in conſecratione eorū aliud dicitur, ⁊ aliud in conſecratione aliorum.

Vtriſqz enim in commune a domino benedictionē infundi ep̄us obnixe depoſcit. Et

g ¶ Acrimoniā. i. penā que traditur. ff. ad. l. iul. pe. ſacrilegij. et. xvij. q. iiij. per totum.

¶ Hoc idem. ¶ Caſus. Supra in. ſ. illo ſupiori authoritate, ⁊ i illa. l. generaliter, oſtēdit Gratianus q̄ monachi quondā nō erant clerici. nunc idem vult probare p authoritatez beati Syluestri q̄ habet. ſ. xciij. diſtin. a ſubdiacono quibus monach; ſm Hiero. p̄dicare nō licet ſine clericor authoritate niſi ſancto ſpiritu reuelante. qd probat exemplo beati Bñdicti, ⁊ exemplo equitij. Sz q̄a hec ſolutio videbat falſa, cū Hiero. ſacerdos ſe talib⁹ ↄnumeraſſet: vt. ſ. ea. alia. ideo reſpondet Grati. et dicit Hiero. hoc feciſſe vt alios monachos licēti⁹ redargueret. Et ad hoc pbādū īducit duas authoritates. ſ. Pauli ⁊ Hiero.

h ¶ Datur [ro. intelligi. q̄ monachi laici erant.
i ¶ Ait. ſ. di. xciij a ſubdiacono.
k ¶ Cōnumerat. ſ. e. alia. l; ipſe eēt pbr̄ cardinalis.
l ¶ Alibi ait. ſ. xij. q. ij. gloria.

¶ Ecce. ¶ Caſus. Cōcludit Grat. ex ſupradictis ca. q̄ monachis electis a pp'o ⁊ ab ep̄o inſtitutis, ſi pbr̄i fuerint, eadē liceāt q̄ ⁊ alijs ſacerdotibus. Nunc vero hoc idē probat ratione cōſecratiõis: q; ſic benedicūtur monachi cū ordinantur, ſicut ⁊ alij pbr̄i ſeculares, ⁊ eiſdē verbis. Igitur cum cōmunis ſit benedictio, ita videntur habere poteſtatem predicandi iſti ſicut alij. ⁊ ſicut alijs ſacerdotibus ſine licentia epiſcoporum non licet ſuum officium exercere: ita etiam nec monachis, ⁊ hoc probatur ſequenti capitu.

c ¶ Celeſtium. i. eccleſiarum. Vel intellige ſecūdum q̄ eſt extra de cen. c. j.
d ¶ Extraordinariū. i. quod repentino caſu superuenit. Extraordinarium et ſuperindictum idem eſt. C. de exacto. tributo. l. ſi diuina. lib. x.
e ¶ Tranſlationis, id eſt non eſt transferenda poſſeſſio ab eis licet non ſoluant tributum, ſicut fit in alijs: vt. x. q. ij. ſ. qui rem.
f ¶ Neceſſitatis. Nec tunc per laicos ſed per epiſcopum petetur collatio a clericis, vt extra de immuni. eccle. non minus.

Adi: dcēt d imu. eccle. q̄a plerīſq;. arg. opt. ff. de lib. exhib. ſi q̄s ex liber;.

Intellige vt habet. e. ti. ad uerſus ⁊ eo. ti. lib. vj. q̄m nōnulli. ⁊ c. clericos. de hoc etiam no. xxiij. q. viij. tributū. i gl. j. ibi videas Archi.

Phil. iij. c.

Cunctis. ❡ Caſus. Statuitur in hoc ca. vt nullus fidelis ⁊ precipue preſbyter vel aliꝰ clericꝰ abſq; proprij epiſcopi licentia aliquid agat. nullus preſbyter abſq; eius licentia miſſas celebret vel baptizet. Licentia, generali. Iuſſu, generali.

a ❡ Proprij. Niſi initietur ab alio p̄sbytero. tunc enim poteſt ſine licẽtia epiſcopi: vt. vij. q. j. epi. ⁊. ix. q. ij. nullus primas. ſ Priuatim etiã poſſũt celebrare: vt ex̃ de cle. peregri. ca. ij.

